



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antonini Liberalis Transformationum congeries**

**Antoninus <Liberalis>**

**Basileae, 1568**

**VD16 A 2960**

Phlegontis, Qvi Adriani Imperatoris fuit libertus, de Olympijs fragmentum:  
Gvilielmo Xylandro Augustano interprete.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70288](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70288)

PHLEGONTIS,  
 QUI ADRIANI IMPE-  
 ratoris fuit libertus, de Olym-  
 pijs fragmentum:

GVILIELMO XYLANDRO  
*Augustano interprete.*



XPONENDA mihi vide-  
 tur causa, ob quam Olympia  
 institui contigit. est autē hęc.  
 Post Pisum, Pelopem, atque  
 Herculem, qui primi solennem conuen-  
 tum ac certamen Olympicum institue-  
 rant, cum Pelopónesij eam festiuitatem  
 aliquandiu intermisisissent, per id scilicet  
 tempus quod ab Iphito ad Corœbum  
 vsq; Eleum duodetriginta Olympiadū  
 numeratur, certamenq; neglexissent, se-  
 ditio in Pelopóneso fuit coorta. Ibi Ly-  
 curgus Spartanus, Prytanei filius, Euro-  
 pi N. Sosi pro N. (qui Sosis patrē habuit  
 Procleum, auum Aristodemum, proauū  
 Aristomachum: fuit autem hic Cleodei  
 filius, cuius pater Hyllus, Hercule &  
 Deianira fuit natus) & Iphitus Hæmo-  
 nis,

nis, aut (vt alij perhibent) Praxonidæ  
 F. ab Hercule prognati, Eleus domo, ac  
 Cleofthenes Cleonici F. Pisæus, vt popu-  
 lum ad concordiam pacemq; reducerēt,  
 cū Olympicam festiuitatem statuerūt  
 ad pristinam formam redigere, tum cer-  
 tamen gymnicum edere. Itaq; Delphos  
 miserunt qui Deum percontarentur, an  
 hoc eorum probet consilium. Is respon-  
 dit, bona euentura, si id exequantur: ius-  
 sitq; ferias indici vrbibus, quæ certami-  
 nis esse vellent participes. quo oraculo  
 in Græcia renunciato, discus etiam con-  
 scriptus est à Græcorum iudicibus, quos  
 ipsi Hellanodicas vocant, formam agen-  
 dorum Olympiorum indicans. Cæte-  
 rum Pelopónesios nō admodum id cer-  
 tamē gratum habentes, molesteq; id fe-  
 rentes, pestis inuasit, frugumq; perni-  
 cies afflixit. Itaque ij qui antè à societa-  
 te istorum ludorum descuerant, denuò  
 Lycurgum pestis amolitionem ac re-  
 medium poposcerunt. Pythia verò sic  
 respondit:

*O qui telluris famosam totius arcem  
 Mortales inter ratuq; & laude supremi  
 Incolitis, quæ fata DEI cano discite iussu.  
 Neglecta altitonans irascitur ob sacra vobis*

e iup-

Iuppiter, immenso qui maximus imperat orbis  
 Cuius Olympia vos cultu spoliastis auito:  
 Quæ princeps Iouis vt Pifus celebraret ho-  
 norem

Instituit: post huncq; Pelops, quo Græcia rege  
 Floruit vnanimésq; habuerunt mœnia ciues,  
 Oenomaο instituit certamina lumine casso.  
 Tertius hæc Pelopi satus Amphitruone di-  
 cavit

Tantalidæ, grati seruans pia iura nepotis.  
 Hæc sacra, & ludos abolere hos Iuppiter aufis  
 Iratus pestem immisit diramq; famemq;,  
 Verùm instauratis cessabunt hæc mala sacris.

Peloponnesij, vbi hoc eis renunciatū  
 oraculum fuit, fidem derogantes, denuò  
 communi de sententia miserunt ipsi, qui  
 accuratius DEVM de oraculo interro-  
 garent. Pythia autem hæc retulit:

O' Peloponnesi ciues, altaria circum  
 Ite, sacris factisq; animis aduertite dicta  
 Vatum, qui leges & iura paterna sequuntur,  
 Vatum Eleorum monitis parete volentes.

Hoc oraculo accepto Pelopónesij cō-  
 cesserunt Eleis, vt certamen Olympicum  
 instituerent, & ferias vrbibus denuncia-  
 rét. Porrò autem postea temporis Elei  
 cum opitulari vellent Lacedæmonijs,  
 Elos vrbem oppugnantibus, Delphos  
 con-

consultum miserunt. & respondit Pythia in hanc sententiam:

*Exsortes belli patriam defendite vestram,  
Et pacis Græcos communia iura docete  
Autores, anni veniant dum gaudia quinti.*

Hoc oraculo dato Elei bello abstinerunt, & Olympia curauerunt. Quinque Olympiades ita sunt exactæ, vt coronare tur nemo. Sexta placuit oraculū scitari, an victorib. coronæ essent imponendæ, eamq; ob rem missus ad fanum Dei rex Iphitus. Deus sic est farus:

*Iphite, victorem malo donare caueto.  
Verum syluestris fructu redimitor oliuæ,  
Quem circum teneris inclusit aranea filis.*

Cū ergo venisset Olympiam, inq; luco multi essent oleastri, vnum eorum depræhendens araneis circumdatum, ædificio cinxit: atq; ea ex arbore corona data est victoribus. Primus coronatus est Daicles Messenius, Olympiade septima stadio victor.

*Cætera desunt.*

e a PHLE-